Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Ipso tempore & deinceps usq; ad obitum suum plus solito egenis stipendia erogauit. Post predictam dedicationem nouem ebdomadibus superuixit. iamq; in stante natali apl'orum petri & pauli languor eum inuasit. Nocturnis uigiliis & diurno ministerio licet debilis interfuit. crastino piaculum missam ad principale altare celebrauit. In sequenti nocte cum p'molestia corporis surgere ni posset. p uisionem diuinitus consolationem accepit. dictumq; est ei qd sci petri & pauli in eius iuuamine p'mpti adessent. Diluculo cum egressum uix mouere posset. deduci se iussit in oratorium. & parari ad celebrandam missam. Et inter manus utroq; late sustentat'. sup altare apl'orum petri & pauli sacrificium uiue hostie immolauit. ac uelut p'fertur' ad dni uerba sci pauli que iam imminente eius resolutione dicebat. quecq; eius sue cause optime congruebant. in eius festiuitate decantabat. Que ita se habent. Scio cui credidi & c. sum. q. p. e. d. m. s. ñ d. iust' iudex. Ista fuit eius ultima celebratio misse. Ortodie ad uisendos & cõmonendos fr̃es in capitulum uenit. Quicqd autem acten' eos instituebat. hec cepit singillatim replicare & exhortari. ut de die in diem meliu' p'fiterent. in primis de continuo amore dei. de feruore monastice religionis. de obseruancia mutue dilectionis. de sectanda hospitalitate. & cum omni sollicitudine ipendendas. de diligenda elemosina. & uoluntarie erogenda. multaq; his similia suadebat. postea querelosa uoce intulit. Unum fuit qd ualde me exercebant & grauauit. qd lamentando deo & uobis p'ma. Cunq; omnes attoniti essemus dixit. Quidam fres uobiscum conuersati sed in prudencia tam magis quam uirtu simplicitatem spiritalem. suisq; sermonibus seu consiliis sepius me p'turbabant. ac simplicitati obsistebant. p'posite. Sed deus omnipotens uirium eos a nobis sepauit. & de claustro elongauit. Hoc dictis statim subiunxit. Amodo tum nullum capitulum uobiscum habitur' sum. Id'co filioli ultima patris sentencia audite. & memorit' retinete q. audisti bis audistis. Sic inito capitulo in suo qi humili habitaculo se recepit. & soluto more omnibus eum adire uolentibus

De hinc trio die iussit portari se in oratorium sce Marie. ibiq; conuentu frum p eo missam celebrante unctione olei infirmor. & p'cepcione corporis & sanguinis dni eritum suum munuit. ab omnibus indulgenciam petens. & ipse indulgenciam omnibus faciens. ac singulos de osculans & amplexans paterno affectu/p'tibus ultimum uale fecit. absentibus demandans suam intimam caritatem. simul omnes obsecrans & contestans in unitate ecclie & subiectione sedis apl'ice quomodo sibi a deo traditus fuerat. usq; ad mortem inuiolabiliter p'manerent. Ad extremum eleuatis manibus coram omnibus breui sermone se inclusit. Testem inuocans deum. qd semp usq; nunc fideliter at